

Schlettst. 13

Nam de Iepte quid dicam, qui immolavit filiam, quæ sibi victori primum occurrerat, quo votum impleret quod spoponderat, ut quid sibi primum occurrisset Deo offerret? Melius fuerat nihil tale promittere, quam promissum solvere parricidio.' (De officiis I, 50, 254)

Item in libro tercio:

„Purum igitur ac sincerum oportet esse affectum et unusquisque simplicem sermonem proferat, vas suum in sancti-

Gebhard, c. 30

Item in eodem libro de exhibendi officii discretionem: „Officium est," ait, „depositum servare et reddere. Sed interdum commutatio fit aut tempore aut necessitate, ut non sit officium reddere quod acceperis, velut si quis contra patriam opem ferens barbaris pecuniam apertus hostis reposcat, vel si insanienti gladium depositum non neget, quo ipse se interimat, nonne solvisse contra officium est?" (I, 50, 253)

Item: „Est etiam nonnumquam contra officium promissum solvere, sacramentum custodire, ut Herodes, qui iuravit et necem Iohannis prestitit, ne promissum negaret." (I, 50, 254)

Item post aliqua: „Unusquisque simplicem sermonem proferat nec fratrem circumscrip-

Manegold, c. 49

Nam de Iepte quid dicam, qui filiam immolavit, quæ sibi victori primum occurrerat, quo votum impleret, quod spoponderat, ut quicquid sibi primum occurreret offerret Deo? Melius fuerat nichil tale promittere quam promissum solvere parricidio.' (De officiis I, 50, 254) Et paulo superius: „Officium est igitur depositum servare ac reddere. Sed interdum fit commutatio aut tempore aut necessitate, ut non sit officium reddere quod acceperis. Ut si quis contra patriam opem barbaris ferens pecuniam apertus hostis reposcat, aut si cui reddas, cum assit qui extorquere queat, si furenti restituas, cum servare non queat, si insanienti gladium depositum non neget, quo se ille interimat, nonne solvisse contra officium est?" (I, 50, 253)

Item in libro tercio:

„Purum igitur ac sincerum oportet esse affectum, et unusquisque sermonem purum proferat, vas suum in sanctitate

Bernhard, c. 38

Item: „Unusquisque simplicem sermonem proferat, vas suum in sanctificatione (!) possideat